cato inclinabatur & mergebatur in terram; Illud autem quomodo non accusas
quod & cū publicanis manducabat. & apud publicanos & ex ipsis discipulos ad
sumebat. ut lucrifaceret quidem peccatorum salutem. Nisi forte & medicū cul
pes sicut eum inclinantem se ad uulnus uideas. & corporum contrectare ac ferre
putridines. ut sanitatem laborantibus tribuat; aut eum qui in foueam uel uo
raginem caeni delecto manum porrigit pro misericordia. ut liberet eum qui in
cadit prolapsus in foueam; quod etiam in legis umbra designabatur. cum conlap
sum iumentum erigi mandabatur; missus est quidem. sed ut homo. duplex enim
in eo erat natura. inde denique & laborauit ex itinere. inde & esuriit. & sitiit. & con
tristatus est. & fleuit humani corporis lege; quod si etiam ut dr̄. quid hoc derogat.
missum putato per hoc quod uoluntatem patris libenter amplectitur. ad quem
etiam refert omnia quae agit. & ut patri deferens a quo exiit & uenit in hunc
mundum. quo scilicet omnia ad originem referantur. & ut ne uideretur esse
contrarius dō. Nam & traditus dicitur. & se ipsum scribitur tradidisse. & a pa
tre dicitur suscitatus. & se ipsum id est corporis sui templum suscitasse perscribi
tur. & adsumptus dicitur in caelum & ascendisse designatur. In quibus omnibus
ostenditur in altero paternae concordia uoluntatis. in altero propriae potestatis
auctoritas; Tu autem ea quidem profers quae inferiorem eum uidentur osten
dere; quae autem excelsum & equalem dō designant pertransis & reticis. & quod pas
sus est quidem inputas. quod autem in uoluntate passus est. non commemoras.
ecce quae patitur & iam nunc uerbū dī. ab aliis quidem ueneratur ut dr̄. sed confun
ditur & permiscitur ab aliis. ab aliis uero pro carnis adsumptione inferior habe
tur. & a ditate separatur. quibus magis irascatur. immo quibus magis indulgeat
his qui male iungunt. an his qui scelerati ius separant. Nam & illos oportebat se
cernere & istos sociare. id est illos proprietatem filii patrisq; secernere. istos dei
tatis substantiam in nullo penitus separare; offendit te caro. hoc & iudeos infide
les & samaritas. non credis dītati. hoc iam nec demones fecerunt; quid agitis uos
& supra iudeos infideles. & supra demones increduli inueniamini. Iudei cogno
minationem filii aequalitatem dītatis intellexerunt. demones seū qui se de obses
sis corporibus effugabat dnm̄ credebant. persuadebantur enim ex his quae patie
bantur. uos neq; aequalem patri filium cum iudeis cognoscitis neq; cum demoni
bus confitemini dnm̄; Expedire tuo biris utar bitror uel circumcidi uel demonae

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc276/0060